

60. *Trifolium apetalum* . *Trifolium suffocatum* dixi in *Mantissa altera* , egregia figura.

40. *Malva verticillata* omnino.

35. *Convolvulus an novus*. *Convolvulus farinosus* *Mantissae alterae*.

42. *Statice plantagin*. *Statice Armeriae* varietas constans. *Flos Stat. Armeriae*. *Folia Stat. Limonii*.

38. *Cynanchum erectum* , sic omnino videtur.

41. *Lavatera cretica* . sic videtur ex pedunculo fructus flexuoso , caeterum plantam meam vix refert, in mea caules saepe in libera terra orgyales , rami inferiores longi, undique prostrati.

34. *Phaseolus*. *Phaseolus inamoenus*.

45. *Echium plantagin*. sic est, in *Mantissa altera* habeo cum synonymo *Barrel*. *Flos caeruleus* est, nec *subviolaceus E. vulgaris*.

47. *Lactuca tuberosa* , habeo hanc vivam, sed nondum floruit, habeo et inter siccas, sed minus evidentem.

17. *Lycoperdon Epiphyllum* . absque colore non dignosco, mea dehiscit apice foramine cylindrico et videtur alia.

De *Lapide electrico* alia vice respondebo, cum ob nubilum coelum non possum hodie commode istum examinare.